

X 2313049

o.k.
515
21. a

PIETATEM PRIMUM ESSE OFFICIO-
RUM A DOCTORE SCHOLASTICO OBSE-
VANDORUM COMPROBAT

II g
266

ET

AD AUDIENDOS

SEX BONAE SPEI IUUENES

CRASTINA LUCE

D. XXVI. MENSIS APRILIS A. R. S. MDCCLXV. HORA II. POMERIDIANA AUDITA

DE

VARIIS ERUDITORUM SYMBOLIS ACTUROS SCHOLAEQUE
NOSTRAE VALE DICTUROS

MAGNIFICUM EPHORUM PRAECEL-
LENTISSIMOS AMPLISSIMOSQUE CIUITATIS

PATRES CONSCRIPTOS SUMME REUERENDOS VER-
BI DIUINI MINISTROS

ET

QUOSLIBET SCHOLAE FAUTORES PIE COLENDOS

OMNI QUAE DECET PIETATE MAXIMOQUE STUDIO INUITAT

DANIEL TRAU GOTT MÜLLER,

LYCEI A S. CRUCE NOMINATI RECTOR.

DRESDAE

TYPIS HARPETERIANAE VIDUAE



DISCIPULI PRIMUM TERTIO OFFICIO
LUM A MORTIS PERICULO ORBIT
LONDONI COMITATU

AD AUDIENDOS

SEX BONAE REPUTATIONIS
ET

YANNES EPISCOPUS SIMONIS ACTORIS SCHOLARIS
MONTANICI EPISCOPUM TRACTA

REPUTATIONIS ANTISSIMOS CIVITATIS
LUM A MORTIS PERICULO ORBIT

DISCIPULI SCHOLAE VICTORIS PIS COLLEGIOS
DANIEL TRAGOTT MULLER

DISCIPULI SCHOLAE VICTORIS PIS COLLEGIOS
LUM A MORTIS PERICULO ORBIT





Prima vice, quod felix, faustum fortunatumque sit, munus, a Deo, Principe atque Patronis pie Colendis mihi demandatum, a me exigit, vt stylum prehendam, atque quaecunque publicum edam scriptum. Iuuenibus nempe sex partim optimae, partim bonae spei, nostrae scholae vltimum vale publice acclamaturis, et honeste mittendis conciliandi atque exorandi sunt *Auditores* summo Deuenerandi studio, maximaque Colendi pietate: qua occasione, quid potissimum scribendum sit, me non diu cogitasse, lubenter profiteor. Nuper enim Dresdam adiens, et prouinciam, mihi benignissime concessam, sollempni capeffendam fore oratione, autumans atque sperans, non solum, quid scriberem, decreueram, sed etiam perfeceram. Animo vero meo, pio ardore et gratiae mentis studio ob beneficia, a summo Numine et per totam vitam meam, et iam quoque mihi clementissime tributa, repleto persuadere non potui, vt res eruditionis variae, quae saepius vanae digna est nomine, testes, susciperem tractandas; sed aliis occasionibus tales reseruandas esse censui. Spe vero mea non impleta, eidem proposito nunc inhaerere, et quod nuper perficere non potui, iam iam peragere decreui, licet forte, quibus hoc propositum meum minus arrideat, non deserre, facile crediderim.

Lubet itaque iam iam agere de pietate latius accepta, atque demonstrare, quod pietas primum sit officiorum, a doctore scholastico obseruandorum. Hoc me non facere vanae eruditionis

ostentandae gratia, sed vt meae erga Deum pietati aliquo satis faciam modo, mihi que ipse leges imponam, quomodo munus mihi demandatum administrare debeam, quilibet, vt spero, facillime perspiciet; et praeterea omnes, vt id sibi certissime habeant persuasum, decentissime rogo.

Me quidem non latet, quod multi magni nominis viri iam saepius id susceperint negotium, et vel omni studio, vel aliud quasi agentes, hanc ipsam rem probauerint, equibus plurimis pauci, nempe GOTHOFR. VOCKERODT a), IO. CHRIST. HAYNISCHE b) CHRIST. FRID. HERTEL c), IO. GEORG. ALBRECHT d) et FRID. IAC. BELZER e) iam prodeant testes; at etiam post HOMERUM Iliada scribere me non pudet, considerantem, quod messe facta etiam spicilegium non penitus sit contemnendum, et quia causa iam memorata, eaque grauissima, hoc negotium mihi quasi imposuit.

Plura quidem requiri a doctore scholastico, et solam probitatem non sufficere, optime mihi est cognitum. Ignorantia enim necessariorum et in scholis docendarum linguarum atque scientiarum hominem, quamuis verae et minus fucatae probitatis studiosissimum, a vita scholastica et sparta doctoris arceat quam iustissime. Iuuentutem enim in scholis non solum verae religionis, sed solidioris etiam fundamentis imbuendam esse eruditionis, quis est, qui nesciat? Amoris etiam, vinculi illius societatis humanae arcissimi, expers, et discipulos suos non nisi toruo adspiciens supercilio, procul esto a scholis, quia praeceptor, nisi alumnos, fidei suae concreditos, patris instar amet, et nisi hi ipsi sint in medullis: tantum molestiae et taedii, quantum scholae apparant, deuorare non suffi-

a) in Consultationibus de Litterarum Studiis, ed. Gothae a. 1705. variis locis.

b) cuius Programma huc pertinet recensetur in Actis Scholast. T. I. p. 511 *seqq.*

c) v. Act. Schol. Tom. VIII. p. I. *seqq.*

d) v. ib. Tom. III. p. 91. *seqq.*

e) cuius elegans carmen de Virtutibus et Officiis doctoris scholastici legi meretur in laudatis Act. Schol. Tom. VI. p. 425. *seqq.*

suffinebit. Frangere fidem, perfidiosum est et nefarium, non solum Cicerone f), sed et omnibus, bonae fidei amantibus, testibus. Doctor autem scholasticus suam adstrinxit fidem omnibus, ipsius institutioni se subiicientibus, quod omnia, quaecunque modo possit, ad eorum salutem atque vtilitatem conferre, nilque, quod sciat, ipsos celare, sed bona quaeuis iis instillare velit. Quod si igitur promissis suis non steterit, magno cum dedecore infidelitatis suspicionem sustinere, eoque turpitudinis notam subire cogetur. Labores praeterea plurimos, concatenatos et fere Herculeos a doctore scholastico esse perferendos, nemo, nisi iniquissimus rei scholasticae iudex, ibit inficias. Num igitur tali officio se dicare debere credideris, qui abhorret a labore, qui voluntatum ducitur illecebris, et otio indulgere consuevit? Minime gentium! Sed is demum boni doctoris in schola defudantis habebit nomen, qui non solum, laborem improbum omnia vincere g), nouit, sed qui etiam laboris est patientissimus atque audissimus. Et tandem dici vix potest, quanto lubentius imitemur eos, quibus fauimus h). Si ita discipulorum amore gaudent boni et amantes praeceptores, omni opera iis etiam est allaborandum, ut ipsi bonis, probatis et adeo etiam elegantibus studeant moribus, partim ne occasionem contemptus praebeant iis, quibus omnia sordent, quae scholam redolent i), partim etiam, ut discipulis ansam praebeant, mores compositos imitandi, quia potissimum nostra aetate dictum illud Plauti k) veritate confirmatur: ut mores sunt, ita fortuna responderet. Cum denique exulto animo nihil agreste, nihil inhumanum est l); cum porro praeceptores scholastici in doctorum numero locum sibi vindicare me-

A 3

rito

f) pro Roscio Cap. XI.

g) teste Virgilio Georg. L. I. v. 145.

h) Quintil. Instit. L. I. I.

i) de hoc contemptu doctorum scho-

lasticorum egi Programm. a. 1748. publicato.

k) Prolog. Amph. v. 131.

l) teste Cicerone Libr. XII. Epist. ad Atticum, epist. 45.

rīto optant: illis merito eo est nitendum, ne inter eruditos sine moribus m) iure referri possint suo. Haec igitur omnia, nec non alia, a doctore scholis suam operam dicante postulari et iure requiri, et scio, et lubenter largior. Haec itaque non excludo, sed alii forsan occasione tractanda relinquo: iam vero pietati inter officia, doctori scholastico iniungenda, primas dare nullus plane dubito.

Si multis, quid per pietatem intelligatur, explicare non conarer, verbis, res tamen ipsa iamiam locutura, nec multis opus futurum esset argumentis. Vt vero eo melius haec addere queamus, antea omnino pauca de verae pietatis indole monenda esse censemus, reliqua, quae praeremittentur, non quidem negligenda, sed ad horum classes facile reducenda, credentes. Ante omnia igitur non quidem leuem, ieiunam, aut etiam curiosam atque superuacaneam, sed necessariam, sufficientem, et solidam scientiam atque cognitionem de Deo et rebus, ad Deum et nostram aeternam salutem spectantibus, omni iure praesuppono. Ex cognitione Deorum oriri pietatem, Cicero iamiam est confessus n): nonne multo magis Christianis hoc est fatendum, qui in schola Pauli, seu potius Spiritus Sancti, sunt edocti; neminem posse credere nisi ei, quem audiuerit, et de quo fuerit institutus o). Sed maior etiam religionis christianae, et theologica, iure requiritur a doctore scholastico scientia, quam ab aliis christianis, ut nempe queat iuuenes atque adolescentes, sibi formandos traditos, primis religionis elementis non solum munire, sed etiam ita instruere, ne ab hominibus malis et falsa docentibus in malam viam auocentur, quod inferius paullo vberius erit demonstrandum. Ad pietatem hanc, doctori scholastico apprime conuenientem,

m) de his M. Frid. Ern. Schotte habuit Dissert. Histor. Lips. a. 1705, quae vberius excerpta occurrit in Nou.

Litter. Germaniae a. 1705. p. 455. seqq.
n) De Natura Deorum, II, 61.
o) Rom, X, 14.

nientem, pertinet porro minus fucatus Dei summi amor, cui, cuiusque honori omnia sua studia, omne otium, omnem voluptatem, et adeo, si necessitas id requirat, ipsam vitam suam ideo quoque consecrat, ut teneros etiam iuuenum animos ad hunc felicissimum amorem alliciat atque adducat. Non lucro, sed amore diuino incitatus, laborem scholasticum, quem multi grauiorem iure appellant, et suscipit, et peragit, cultum Deo sacrum et publice et priuatim exhibet, eumque precibus ardentibus atque deuotis in auxilium sui laboris vocat, licet non semper meditatum Deo consecret carmen, melius adhuc, quam Plinius p) de falsis fictisque Diis, conuictus; Deum non tam accuratis adorantium precibus, quam innocentia et sanctitate laetari. Ad probitatem sinceram, a magistro scholastico exercendam, praeter ea, quae iam sunt dicta, refero omnium virtutum, quibus nihil est formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius q), exercitium. Quod vero verae virtutes ad pietatem pertineant, seu potius ex ea originem ducant suam, Cicero iam perspexit, pietas, inquit r), fundamentum est omnium virtutum. Veras vero, non fictas virtutes, vel potius earum et probitatis simulacra, qualia laudatus iam iam Vockerodt viuis depinxit coloribus s), a doctore scholastico esse amplectenda atque amanda, vel me tacente quilibet facillime largietur. Si vero iste quaesuerit, e quibus fontibus ipsi hauriendum, et vnde discenda sit vera verae virtutis via; consulere quidem eum posse largior sapientes illos auctores, qui a vera alioquin aberrarunt religione, scilicet Platonis, Senecae, Ciceronis aliorumque egregia plane scripta: quoniam vero haurimus lubentius et melius e fontibus purissimis, quam riuulos eoque impuros consecramur; lubentissime omnino accedit ad fontem omnium virtutum purissimum, earumque doctorem sapientissimum

p) Panegyri. Cap. 3.

q) teste Cicerone Epist. ad Famil. L. IX, ep. XIV.

r) pro Plancio, cap. XII.

s) l. c. et quidem Comment. de Vera et Falsa Eruditione, C. §. VI. p. 59. seqq.

nissimum atque praestantissimum, saluatorem nostrum optimum, cuius praecepta non solum audiet, sed etiam, quantum in viribus humanis est positum, exprimet atque suis inculcabit discipulis. Facile ex his conspicitur, quod a doctore scholastico canepius et angue omnia fugienda sint vitia. Quoniam vero nemo sine vitis nascitur, et ille est optimus, qui vrgetur minimis t): operam dabit, partim vt a crassioribus, et iuuentutem peiorem reddentibus abstineat, partim vero, vt ipse omnium vitiorum suorum acerrimus sit censor atque perpetuus emendator. Haec igitur de pietate, siue εὐσεβείας, quae ad omnia utilis est v), et sic etiam ad munus doctoris scholastici rite administrandum, dixisse sufficiat. Quare Pauli verbis adhuc vtor, et quilibet, tale munus ambituro, acclamo x): ὁ ἀνδραγαγετὲ θεῶν, θύωνε εὐσεβείων. Hanc ipsam vero acclamationem nonnullis adhuc confirmaturus atque corroboraturus sum argumentis.

Si modo attente considerare voluerimus, quomodo doctores scholasticos, eosque christianos, depingat Rollinus, facile a multis argumentis, hic adducendis, abstinere possemus. Ira nempe ille y): sunt viri, quibus Iesus Christus numerum quemdam iuuenum concredidit, quos suo redemit sanguine, et pro quibus vitam sacrificauit suam, in quibus, tanquam in sua domo et templo habitat, quos sua membra, suosque reputat coheredes. Quot verba; tot pondera, tot argumenta: quae doctorem scholasticum ad verae pietatis amorem impellere et possunt, et debent. Verum enim vero haec res mihi tam iucunda est atque antiqua, vt operam et oleum me non perditurum credam, si et ego variis, et in hac descriptione latentibus, et ad eam adiectis, argumentis hancce veritatem corroborauero. Et dum praeterea per quinque et viginti annos vitam scholasticam exerceo; et a puero Patrem,

post

t) Horat. Libr. I. Sat. III. v. 68. seqq.

v) l. Tom. III, 8.

x) 1. Tim. VI, 11.

y) vti ea verba laudat Io. Georg. Albrecht in Act. Schol. Tom. III. p. 104. seqq.

post mortem quoque Dilectissimum, eandem vitam Chemnicii agentem, vidi: didici omnino, quam necessaria sit praeceptori scholastico genuina minimeque fucata pietas. At proh, bone Deus, quam multi vel in iuuentute sua omnibus se inquinarent vitiis et turpissime vixerunt, aut etiam, muneribus scholasticis fungentes, perditissimi fuerunt homines, quibus tamen christiana iuuentus, studiorum, morum pietatisque formatoribus est vsa! Nonnulli adeo a falsa doctrina, quin etiam, quod horrendum est dictu, ab ipso Atheismo se non abhorruisse vel libere sunt professi, vel, quod multo peius est, venenatas suas doctrinas calide obtexerunt atque occultarunt. Faxit Deus, vt omnes scholae, et potissimum in nostra Saxonia, ab eiusmodi perditis magistris sint liberae! Faxit Deus, vt omnes veram sectentur pietatem! Ex his facile erit diiudicatu, quod superuacaneum non sit, si et ego iamiam argumentis nonnullis corroborare coner, quod vera pietas primum doctoris scholastici sit officium.

Iuuentutem scholasticam non solum eruditionis solidae, sed etiam christianae religionis fundamentis atque scientia quam maxime salutari esse imbuendam, sole meridiano esse clarius, nemo temere negauerit. Licet enim tumidi quidam obiicere vellent; hanc rem verbi diuini ministris, animarum quippe curam gerentibus, esse relinquendam: ista tamen obiectio foret tam vilis, tam vana, vt refutatione plane non egeret. Alii forte, probitatis studium reddere praeceptores scholarum morosos, obgannient. Sed hi forte erunt illi, qui verae probitatis indolem plane non norunt. Si enim nossent, nossent etiam, quae iamiam laudauimus, Ciceronis verba; pietatem omnium virtutum, adeoque etiam comitatis, esse fundamentum: nossent, quae Paulus, diuino spiritu agitatus, scripsit x); amorem christianum,

verae

x) I. Cor. XIII, 4.

verae pietatis fructum, μακροθυμεῖν καὶ χρηστευεσθαι; immo nossent a); πᾶσαν πικρίαν, καὶ θυμὸν, καὶ ὄργην, καὶ κραιναγὴν, καὶ βλασφημίαν ἀρθεῖν καὶ ἀπὸ τῶν χριστιανῶν ἐυσεβῶν. Alia, quae obiici possent, non moramur, sed eorum auctores facile mittimus, et nonnulla potius argumenta, pro nobis pugnantia, in medium, quam fieri potest, breuissimis, proferimus.

Iuvenes in scholis degentes docendos esse necessaria et christiana doctrinae et verae probitatis fundamenta, vel ex eo liquet, quia, quo recens est imbuta, diu feruabit odorem testa b). Sic etiam animus iuuenis genuina religionis scientia est imbuedus, ut aliquando tempore procedente, composita atque constanti sit mente, nec a quolibet, falsas doctrinas spargente, a via recta deducatur. Et ad quos, quaeso, atque periculosa saxa fluctus ferunt iuvenes! ad quam dubium aestuque feruens pelagus! quando illi, sine debita verae religionis scientia, academiis se committunt, ubi multi, et praecipue ex illis, qui iurium disciplinam aut artem salutarem principali studio exercent, ea, quae ad christianum cultum pertinent, religionisque purioris elementa audire nolunt, sed potius, tanquam se indigna, fastidiunt. Et quot Syrtes illis minantur, dum nostra aetate multi errorum abdiu cumuli imperitis minantur exitum! Quam procliuis sit haec aetas ad Naturalismum, Indifferentismum, et innumeras ferme opiniones diras atque horrendas, tam notum est, ut, si multis id confirmare vellem iudiciis atque argumentis, laborem vel millies actum acturus essem. Qui itaque natate non didicerunt, et tamen plenissimis velis in mari, innumeris periculis exposito, nauigare volunt, nunquam profecto in portu nauigabunt: et qui in doctrina puriori atque salubriori parum sibi constantes, vitae, quae plerumque iam agitur, publicae se mancipare non dubitant, ab erroribus pestiferis aut veneno illitis cauere nec poterunt,

a) Ephes. III, 31.

b) teste Horatio, Epist. Libr. I. Epist. II. v. 69. seq.

runt, nec cupient. Doctoris itaque probi est, suorum discipulorum salutem prospicere, eosque a periculo hoc curatiori institutione defendere. Quomodo vero a falsis opinionibus crassisque erroribus eos arcebit, si ipse niger est, adeoque vitandus; si ipse falsas opiniones fouet, aut modo malitioso clam disseminat; quod nuperrime non leuis quidem litterator, sed litteratissimus ille Heumannus, post mortem infelix praedicandus, et alius etiam ad infauti Fausti Socini et Crellii errores pronus, maioribusque suis adeo minus dignus, suis probauerunt exemplis.

Spem aetatis venientis, iuuentutem in scholis versantem, religiosè esse fouendam, et amore Dei imbuendam, quis est, qui neget? Iuuenes enim sua via non incedet incorruptus, nisi vitam suam ad oraculorum diuinorum instituat normam c), Deumque, omnibus amoris fontem, tenero complectatur amore. Nam christianae pietatis studiosum ad nobilissimam atque suauissimam amoris diuini academiam tandem peruenire necesse est, vt SS. Numinis, summi illius atque perfectissimi boni flagrare incipiat caritate d). Hanc taedam vt accendat praeceptor in animis discipulorum, fidei suae concreditorum, ipsius requirit officium. Quomodo vero accendere poterit, si ipse amore Dei non ardet, sed Geticis pruinis est frigidior? Nullam materiam, nisi admoto igni, concipere posse ignem, et Cicero e), et ipsa docet experientia. Quomodo igitur amoris diuini igniculos in animis iuuenum accendere, et semina spargere poterit iste, cuius menti igneus diuinae caritatis non inest feruor?

Alia eaque praegnantissima accedit ratio, quae virum, studia vitamque discipulorum ordinaturum, ad veram probitatem incitare atque acuere debet quam maxime, reputantem nimirum, quod illi plerumque ab exemplari pendeant, et quod ipsius vitam

B 2

plerum-

c) Pl. 119, 9.

d) quae verba sunt Theoph. Spizelii in

Literato Felicissimo, p. 513.

e) de Orat. II, 45.

plerumque tanquam aliquod exemplar, quod sequantur, intueantur. Longum iter esse per praecepta, breue vero et efficax per exempla, Seneca docuit quam sapientissime f). Virtutis igitur amorem etiam per virtutis exercitium et personas illius amantes optime posse instillari, docet adeo historia, quippe cuius vsus hic est fere praecipuus. Sed cum natura simus tenacissimi eorum, quae rudibus annis percepimus; ipsa tamen magis pertinaciter haerent, quae deteriora sunt g). Si itaque cauendum est, ne sit vitiosus sermo nutricibus h), ne infantes huic vitioso sermoni adsuescant: multo magis est cauendum, ne vitiosi aut vitiis turpibus contaminati pueris atque adolescentibus praeficiantur magistri, ne veneno vitiorum praesentissimo eos inficiant. Putent ita sibi dictum, quod Iuuenalis dixit i): Nil dictu foedum visuque haec limina tangat, intra quae puer est. Quin immo multo potius sibi dicta putent verba nostri saluatoris grauissima, mala maxima comminantis k) ei, qui perniciosum tenerae aetati exemplum prodere non erubuerit.

Discipulos recte monet Fabius l), vt praeceptores suos non minus, quam ipsa studia ament, et parentes esse, non quidem corporum, quam mentium, credant. Nonne igitur monendi etiam sunt praeceptores, vt discipulos rite ament, et se eorum parentes esse credant? Quod si vero eos amabunt, si se eorum parentes esse credent, non solum omnia, patrum amantissimorum more, ad discipulorum salutem in hoc terrarum orbe cedentia, quantum poterunt, quam lubentissime conferent, sed etiam optimae, perfectissimae atque aeternae beatitati eorum solliciti studebunt, vt aliquando, coram tribunali summi iudicis, ouantes verbis saluatoris optimi, maximique doctoris, vti possint m): Quos mihi dedisti, hos custodiui, nullusque ex illis perditus est.

Alia

f) Epist. VI.

g) Quintil. Instit. L. I. c. I.

h) Quintil. I. c.

i) Sat. XIV, 44, 45.

k) Matth. XVIII, 6.

l) Libr. II. C. IX.

m) Io. XVII, 12.

Alia praeterea caussa, eaque praegnantissima, praeceptores veram colere debere pietatem, commonstrat, nempe infelicitas maxima, quae impietati praeceptorum pessimorum ortum debet suum. Eruditio enim summa licet laudibus suis non sit priuanda, sed studiosè potius quaerenda; non tamen sufficit, et laude nulla digna est, nisi vera probitate sit munita. Eruditio enim sine pietate est, sicuti gladius in manu furentis, nec ad iustam defensionem, sed ad aliorum potius suamque adhibetur perniciem. Innumerus hoc illustrari posset exemplis, nisi breuitati studeremus, et nisi exempla, ac potissimum recentiora, odiosa esse probe calleremus. Inter haereticos, qui dicuntur, dantur multi, rerum philosophicarum, aliarumque doctarum, minime rudes n): quantum vero turbarum dederint illi, vera probitate aut verae religionis principiis destituti, ipsa iam dudum comprobauit experientia. Praeterea ad Spizelium iam laudatum prouocasse sufficiat, demonstrantem o), quod impurus ille spiritus non raro nefariorum praeceptorum vtatur opera ad subvertenda, et in impietatis voraginem detrudenda nobiliora ingenia. Et cui tandem ignotum est, discipulos facile in suorum magistrorum iurare verba, eorumque imitari facta?

Cum vero constat inter omnes, praeceptores in scholis docentes prospicere debere reipublicae, quin immo posteritati, disciplinae suae alumnos bene educando, bonosque ciues formando; et cum porro nemo, res rectè ponderans, negare potest, ciues optimos optime formari verae pietatis atque religionis auxilio: liquet sane, eiusmodi magistros esse optimos, qui, praeter sufficientem eruditionem, veram minusque fucatam pietatem non solum profitentur, sed re vera etiam exercent. Et quanto nostrae verae atque euangelicae religioni cedit honori, quod exigat atque formet ciues optimos, principibusque suis obedi-

B 3

entissi-

n) cf. intr. alia Ioecheri *Philosophia*
Haeresium Obex, p. 217. *seqq.*

o) in Felice Litterato p. 121.
seqq.

entiffimos atque fideliffimos! Impius vero praeceptor fi contrarium peragere, improbosque ciues effingere vellet; nae, ifte longe maiori poena atque turpitudine effet notandus, quam infidelis ille puerorum Falifcorum magifter, illos in manus hoftibus, nempe Romanis, tradens p).

Magiftris fcholarum plerumque nimius vitio vertitur rigor, nimiaque feueritas. Quam iniufta haec fit exprobratio, iam vberius non fumus demonftraturi, fed modo oftenduri, quod pietas vera ab hac nota eos optime tueatur, dum nimirum ab ira, quae fecundum Ciceronem q) eft libido puniendi, & quae iuftitiam Dei, fiue Deo placentem, non operatur r), omni abftinent studio, manfuetiorumque Mufarum amantes, manfuetudinem atque facilitatem vt ament ac exerceant, omnes intendent neruos. Optimum praeterea nouerunt vtilis difciplinæ instrumentum, facras nimirum litteras f), ex iisque difcent, quomodo legitime fructuofa difciplina fit inftituenda iuuentus!

In cella Concordiae, boni ominis cauffa, fenatus apud Romanos nonnunquam habebatur t). Oſi omnes ſcholae effent cellae concordiae, omnesque, eorundem laborum, earundemque ſollicitudinum focii, vno quaſi animo veram difcipulorum anhelarent ſalutem! Quid vero vera pietate magis conducit ad concordiam pulcherrimam fundandam, ſtabiliendam atque firmandam? Probitati nempe genuinae ſtudentes ſtudent etiam communioni ſpiritus, per pacis vinculum ſeruandae x).

Multa et de his & de aliis, huc apprime facientibus, in medium produci poſſent, niſi iam ſatis dicta arbitrarer, et, primum doctoris ſcholaeſtici officium debere eſſe pietatem, iam ſatis liqueret. Reſtat igitur, vt ego quoque precer venererque Deum,

omnis

p) Liu. V, 27.

q) Tuſcul. Quaef. 419.

r) Iacob. I, 20.

s) Breuitati ſtudens prouoco ad Vo-

ckerodtium iam laudatum, qui hac de re egit optime, l. c. p. 390. ſeqq.

t) Cicer. Philipp. III, 12.

v) Ephes. III, 3.

omnis pietatis originem, quam demiffissime, ut me, munere, nuperrime mihi demandato, fungentem non folum fufficientibus animi corporisque viribus ornare, fed etiam vera pietate femper inftruere velit quam clementiffime.

Nunc vero, antequam fcriptum hoc e manibus depono, id, cuius gratia calamum fumfi, non tacendum, fed indicandum effe recordor. Sex nempe Iuvenes partim optimae, partim bonae fpei ex iis, qui e fchola noftra funt abituri, eidem publice vltimum vale acclamare conftituerunt. Laudando huic propofito deeffe nolui, et nonnullorum eruditorum ipsis propofui, fymbola breuibus orationibus vel carminibus explicanda. Haec igitur carmina atque orationes apte confcripferunt, et craftina luce, tempore iam indicato, pro viribus, recitabunt. Surget nimirum

- I. SAMVEL GOTTHELF GOETZE, *Tharant. Mifn.* de Danielis Heinfi fymbolo: *quantum est, quod nescimus*; latine dicturus, Hunc excipiet
- II. CHRISTIANVS GOTTLOB BROEDER, *Hartbau. Mifn.* Gódofr. Dauid Meyeri fymbolum: *vna est in trepida mihi re medicina: Iehouae cor patrium, os verax, omnipotensque manus*; elegiaco carmine latino fcite depinget. Hunc fequetur
- III. IO. CHRIST. THIERSE, *Somsdorf. Mifn.* fymbolum Ioach. Felleri: *velle Dei velle meum* &c. germanice describens. Post eum
- IV. CHRISTIAN. GODOFR. HEINRICH, *Dablenf. Mifn.* Georg. Fabricii Chemnic. fymbolum: *nusquam tuta fides*; carmine terfo heroico exprimet. Porro
- V. IO. GODOFR. BVTTNER, *MegaDrebnic. Mifn.* Iacobi Arminii fymbolum: *bona confcientia paradifus*; latina oratione exponet. Deinde
- VI. CHRISTIAN. TRAVGOTT GRAHL, *Maxenf. Mifn.* Io. Ioach. Schoepfferi fymbolum: *in rebus dubiis tutiorem fequere viam*; latinis verbis perpendet.

His

AK IIg 266

His peractis suo & commilitonum nomine GOEZIVS carmine germanico PATRONIS & scholae valedicet. Tandem vero

VII. CHRISTIAN. GOTTLIEB HENCKE, *Sebn. Mifn.* votis bonis discedentes commilitones, carmine vernaculo conceptis, prosequetur, nec vetera, nec noua esse spernenda, simul docturus.

Adfis, quaeso, beneuole, EPHORE MAGNIFICE, adfitis, PRAECELLENTISSIMI et AMPLISSIMI reipublicae Dresdensis PATRES CONSCRIPTI et scholae GRAVISSIMI INSPECTORES, adfitis summe REVERENDI verbi diuini MINISTRI, adfitis FAVTORES quilibet Musarum pie COLENDI, horum ornatissimorum Iuuenum conatibus, quos vt et in posterum secundare velit clementissime summum, quod omnia moderatur, numen, ardentissimis ego quidem opto precibus: hoc ipso vero etiam scholae nostrae, VOBIS semper gratam mentem spondentis, studia et diligentiam excitetis atque acuatis. Dedi Dresdae d. xxv mensis April.

a. r. f. c10 1000LXV.



Handwritten mark or signature in blue ink, possibly initials.



o.k.
575
21. 2

X 231 3049

PIETATEM PRIMUM ESSE OFFICIO-
RUM A DOCTORE SCHOLASTICO OBSE-
VANDORUM COMPROBAT

II g
266

ET

AD AUDIENDOS

SEX BONAE SPEI IUENES

CRASTINA LUCE

D. XXVI. MENSIS APRILIS A. R. S. MDCCLXV. HORA II. POMERIDIANA AUDITA

DE

VARIIS ERUDITORUM SYMBOLIS ACTUROS SCHOLAEQUE
NOSTRAE VALE DICTUROS

MAGNIFICUM EPHORUM PRAECEL-
LENTISSIMOS AMPLISSIMOSQUE CIUITATIS

PATRES CONSCRIPTOS SUMME REUERENDOS VER-
BI DIUINI MINISTROS

ET

QUOSLIBET SCHOLAE FAUTORES PIE COLENDOS

OMNI QUA DECET PIETATE MAXIMOQUE STUDIO INUITAT

DANIEL TRAU GOTT MÜLLER,

LYCEI A S. CRUCE NOMINATI RECTOR.



DRESDAE

TYPIS HARPETERIANAE VIDUAE

